

natur, sed etiam attributa *c* Deo essentialia & opera tum creationis *d* tum redemptionis *e* soli Deo propria, denique cultus religiosus *f* soli Deo debitus satis superque evincunt.

c Apoc. 1. v. 17. & 2. v. 23. Matth. 18. v. 20.
 Phil. 3. v. 21. Heb. 9. v. 14. Rom. 8. v. 9. Joh. 14.
 v. 26. *d* Joh. 5. v. 46. Job. 26. v. 15. *e* Ephes. 1.
 v. 2. 1. Cor. 2. v. 10. *f* Phil. 2. v. 10. Matth. 28.
 v. 19.

LOCUS V.

DE NATURA DEI.

Sequitur Dei Testatoris *natura*, secundum quam quidem non exactè defini-ri, sed utcunque ex suo Testamento describi potest *a*.

a Exod. 34. v. 6. & 7. 1. Timoth. 1. v. 17. & 6.
 v. 16. & 17.

2 Deus est JEHOVA ELOHIM, id est *C. Vorstius* est, una essentia trium personarum, vel est in thes. de Deo disp. 3. & in notis ad eand. spiritus simplicissimus, immutabilis, æternus atque infinitus, summè potens & sapiens, bonus, misericors, justus & sanctus, idemque liberrimus, omnium Dominus.

3 In hac descriptione, tum nomina, tum attributa divina ordine sunt attendenda.

4 Nominum divinorum i. alia subiectum indicant, & quidem vel essentialiter